209

¶ Ad terciū est dicēduz ꝙ q̄uis fundamētalit̄ lex humana ex lege natu
ra ꝛ diuina sit cōposita eo ꝙ nulla lex iusta potest esse nisi sup naturali ꝛ di
uino iure fundetur· multa tamen addit ꝛ multa subtrahit· vel relinquit q̄
per diuinā legem corrigunt̄

¶ Ad quartū sic ꝓcedit̄· videt̄ em̄ ꝙ ꝑꝑ nō possit dispēsaē in concupiscē
tia rei aliene ꝙ nō sit peccatum mōrle· qꝛ dicit aug̃· ꝙ peccatuz mōr
le est appetere qꝺ iusticia vetat· ȝ iusticia dei exo· xx· vetat cōcupiscere reȝ
alienā ergo ē pc̄m mortale ¶ P̄ꝫ in quocūqȝ non est caritas ibi est pecca
tum mortale· cū ipsa sola diuidat inter filios regni eterni ꝛ filios ꝑditionis
eterne ꝭm aug̃· Sȝ scribit̄· i· Joh̄· ij Quicūqȝ diligit mundū ꝛ illud qꝺ est ī
mundo· qꝺ est concupiscentia oculoꝝ ꝛ supbia vite nō est caritas p̄ris in eo
cōcupia ergo rei aliene ē pc̄m mōrle ¶ P̄ꝫ glo· ponit· exo· xx· ꝙ p̄mū man
datū legis ꝓhibet surreptionē Scꝺȝ errorē Terciū seculi interficit amorē
Quartum impietatē Quintuz crudelitatē Sextuz fornicacōnem Septi
mū rapacitatē Octauū perimit falsitatē· Nonū mūdi cupiditatē Decimū ad
ulterij cogitationē· Sed cupiditas est radix omniū maloꝝ vt dicit aplus
p̄ma ad thi· vi· cōcupiscentia ergo rei aliene pc̄m mortale est· ¶ In cōtra
riū est qꝛ concupiscētia rerū visibiliū quādoqȝ insurgit in nobis ex necessi
tate non ex voluntate sed nō est peccatum si voluntariū non est vt aug⁹
dicit· ¶ Rn̄sio dicendum ꝙ concupiscentia rei aliene quantuz ad presens
quatuor modis potest accipi· Primo vt est nobis innata Secūdo vt ratio
nabiliter ordinata Tercio vt est in nocumentuz proximi deliberata· Quar
to vt est opere cōsūmata· Primo modo concupiscētia nō est peccatū mōr
le sed solum veniale· nobis namqȝ nolentibus concupiscit caro aduᷣsus spi
rituz quia em̄ delectibilia ꝛ sensibilia audita vel visa aut ymagiata sēper
se offerunt nobis ad cogitandū ꝛ ymaginādū de eis ꝛ caro statim subito i
surgit vt talia ꝺlectabilia cogitata ꝛ ymagiata audita seu visa ꝯcupiscat
nō exspectat rationis iudicio ꝛ delibeᷓtione voluntatis· ideo talis cōcupis
cētia nō esse pc̄m mortale ex quo volūtaria nō ē Scꝺo cōcupiscētia p̄t esse
rōnabiliter ordinata vt si quis cōcupiscat rē aliquā visā vtilē vł delectabi
leȝ seu hōrabilē ꝭm dei mādatuz ꝛ ꝓpter bonū ꝛ virtuosū finē ꝛ iusto titu
lo nō in nocumētuz alteri⁹ nō ē vt tunc pc̄m mortale ȝ forte veniale qꝛ eoip
so ꝙ anim⁹ implicat̄ cogitacōe tēporaliū retardat̄ a feruore spūaliū bo
norū Sȝ tercio ꝛ quarto mō concupiscentia si sit in detrimētuz ꝓximi delibe
rata ꝛ si sit ope ꝯtra dei mādatū ꝛ ꝯtra caritatē ꝓximi ꝯsūmata pc̄m mor
tale ē Nā vt dicit iaco· pc̄m cū ꝯsūmatuz fuerit generat mortē Consūma
tū aūt itelligit̄ eē pc̄m nō solū ꝑ opis execucōeȝ verūeciā per interioris ꝯsē
sus deliberacōȝ ¶ Rōnes autē in oppositu solutē sūt ꝑ distinctionē p̄dcāȝ

¶ Questio· Quinq̄gesimaseptia· de dispensacōe decimi p̄cepti·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-587/0417

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG